Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

causas astronomicas et genitales, et licet
haberet fortes instantias contra se videlicet
qualiter duo loca valde vicina tanta
servant diversitatem quod in uno sit pestis, et
in alio non. Erat tamen probabilius et va-
quantumque talis influentia manifestabatur.
Non tamen tangebat causas particulares.
Referendo igitur nunc ad causas natales
et particulares, Dico quod una de causis mul-
tiplicationis harum pravarum materierum
est difformitas temporum anni, dicit namque
[..]asis · iii°· continente, quando eadem die nunc
calor, nunc frigus, fuerit diversificentur
quod venti die eadem, epidimiales egri-
tudines expectare oportet. Quanta autem
fuerit diversitas in eadem die duobus annis
elapsis, cuilibet patet. Et licet Ypocras
tangens hanc sententiam 3a particula apho-
rismorum dicat, quando eadem die nunc calor,
nunc frigus, autumpnales egritudines ex-
pectare oportet. Et Galienus ibidem exponit
autumpnales .i. varias, dico quod dispositio-
nes provenientes ab hac pestilentia sunt
varie ut dictum est, pro quanto diversa pro-
ducuntur accidentia ut dictum est diverse
materie generantur, quarum una tendit
versus naturam veneni · videlicet que adusta.

123

175